



Hunc librum Musis  
suis inservientem  
iure possidet  
Theodor Mahlmann

Comparati n. 17.  
N. 17.  
mat. 12. q.  
p. 12. - 4. q.  
Al. Joh. Delib.  
anno 1624.

CHRISTOLOGIAS SACRÆ

Disputatio vigesima Septima,

*De*

# ADVENTU MAGO.

RUM ET CULTU AB  
EIS PRÆSTITO.

*Quam*

Annuente, Θεοφέωπῳ

S U B P RÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI

S. S. Theol. D. & P. P.

*In privato Collegio ad disputandum,  
proponit.*

M. JOHANNES CONRING  
FRISIUS.

*Habebitur ad diem 19. Junij, horis  
pomeridianis*

*In Auditorio minori.*

WITTEBERGÆ

JOHANNES Gormann excudebat,

Anno cl. I. CXIX.

CARTAS A LAZARO

QUIPUCCIO ALZAMIRI SEPIA  
CARTAS A LAZARO

DE VENITIUM

AB ANTONIO DE GUEVARA  
CONTRARIO

SABATINIO  
DU PALTAIS RIS MISNERI

9. 10. 11. 12. 13.

JOHANNES CORNING

14. 15. 16.

17. 18. 19. 20. 21. 22. 23.

ALBERTUS RICCI

24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.

ANNO DE 1560

## THESES I.

**D**ominus & Salvator noster omnibus quidem natus est, unus propter omnes natus est, sed non ab omnibus susceptus est, non ab omnibus intellectus: intellectus est à gentibus, non intellectus est à Judæis, agnitus est ab Ecclesia, non est agnitus à Synagoga, *Homil. in inquit B. Chrysostomus.* Quo pacto vero non ab omnibus susceptus & intellectus sit, præsens historia, fidem nobis facit, in quâ à Magis ut D E V S honoratur & adoratur, ab Herode & Iudeis negligitur & despicitur: Magorum illuminatio *August ser.* magnum testimonium exstitit cœcitas Ju- *2. de Epiph.* dæorum, in terra eorum isti requirebant, quem illi in sua non agnoscebant: apud eos isti infantem invenerunt, quem illi apud se negarunt.

*II. In horum memoriam hodierna Ecclesia festum Epiphanias solenni recordatione non immerito prosequitur, quod quidem prima Ecclesia infanta incognitum fuit, paulatim vero ejus appellatio ex ritibus paganorum pio proposita in Ecclesiastical observationem est introducta, ut multis probat contra Baronium Casaubonus, & ex Dio doro Siculo atq; alijs observat, omniꝝque ipsius dictas quaslibet numinis divini apparitiones, inq; harum memoriam festos sapè dies coluisse,*

*Exer. 2. §.*

*ii.*

quos à re dixerint τὸς Θεοφόροις genere neutro,  
non fæminino.

I II. Ad hujus imitationem vetus Ecclesia Græca  
non diem adventus Magorum, ut hodie creditur,

**Tom. I. an-** & probare conatur Baronius, sed nativitatis do-  
**nal. an. I.** minice τὸς Θεοφόροις vocavit, sine dubio exinde  
**num. 26.** quod Paulus ipsam nativitatem Θεοφόρων ap-  
**2. Tim. 1, 10.** pellet ; cui solennitati sextus dies Ianuarii est di-  
ētus, in quem etiam multæ Ecclesie natalem Do-  
minii olim retulerunt, ut autor est Chrysost. post-  
ea tamen à Romanæ edictæ 25. Decembr. nativi-  
tati Christi sacrum und celebrare constituerunt.  
**hom. in na-**

**tiv. Domi-** Chrysost. sum tamen ejus memoriam baptismi Christi sub-  
**ni. & de** hom. in na- stituerunt, nec non adventus Magorum. August.  
**baptism.** tiv. Domi- verò ser. I. in Epiph. quatuor huic festo adscribit  
**Christi.** ni. & de baptism. miracula, adventus Magorum, baptismi Christi,  
conversionis aquæ in vinum, & miraculum quinque  
panum.

V. Hū itaq; prælibatū ad ipsam historiam acce-  
**DE MA-** sum facimus, in qua primū Magi nobis conside-  
**G IS.** randi veniunt : verba enim Evangelistæ eam de-  
**Matth. 2, 1.** scribentū sic habent : Cum autem natus esset  
Jesus in Bethlehem civitate Judæ, tempo-  
ribus Herodis regis, Ecce Magi ab Oriente  
accesserunt Hierosolymam.

VI. Triplici autem modo Magos appellatos inven-  
nio. i. yd dicti sunt Magi, qui incantationibus arti-  
busq; nefarijs à demonibus edociti vacabant, atq;  
eo sensu Simon ille Act. 8, 9. & Elymas, Act. 13, 8.

Magi

Magi vocantur, & dubium non est, quin multi  
Patres hinc occasionem cōperint, etiam hos, quo-  
rum meminit Matthæus, incantates & malefi-  
cos indigitare. 2. Apud Herodotum & alios Aug. ser. 2.  
Magorum nomen non artis aut possessionis, ve. in Epiph. L.  
rum nationis est, & quæ Medianolim inhabita. I. n. 108.  
verit. 3. Magi apud Persas sapientes suere, seu  
Sacerdotes, quorum præcipuum officium erat, sa-  
cra eorum curare, & sapientiam profiteri, quales  
apud Indos sunt Gymnosophistæ, & Græcos Philo-  
sophi: Arg3 hos sic proprie appellatos indicat voca-  
bū um, quod Persicum esse observarunt lingue ejus  
peritissimi, ac proinde non injuriā carpuntur, qui,  
ut probent eos fuisse natione Arabes, singunt ex  
Arabia quādam regione venisse, quam Magodiam  
vocat Epiphanius, arg3 hinc nominū būjus ori-  
ginem ductam esse, neq3 minus illi erant, qui  
Græcam esse vocem contendunt, & à verbo μάγοι  
id est, pinso, derivari volunt: sane Homero & alijs  
Græci antiquiorū seculi plane fuisse incognitam  
demonstrat Casaubonus Exerc. 2. §. 10.

VII. Ex hū ergo cūm constet, nomen Magi esse  
equivocum, videndum erit de quorum hominum  
genere loquatur Evangelista, dicit venisse Magos  
ab Oriente, non quasi ab ultimis Orientis finibus  
advenerint, verum ex tali regione, quæ Iudeorum  
comparatione erat Orientalis: Arabiam, verò Iu-  
deæ meridionalem esse pater ex Matth. 12, 14.  
nbi regina Sabæ vocatur regina Austræ. Ex Persia Homil. in  
itaq3 regione Iudeæ orientali venisse recte existi- Matth. 6.  
mat Chrysost. A 3 8 Re-

IIX. Reges an fuerint, prout contendunt Pon: i:  
ficij, nullà ratione certo potest affirmari. Hoc qui-  
dem concedimus non potuisse regem esse Persarum,  
**Cit. lib. i.**  
**de divinat.** qui non ante Magorum disciplinam percepisset:  
nihil tamen inde concluditur, quin potius rectè  
negamus eos fuisse reges, quod Monarchia Persa-  
rum jam dudum desuisset annos ultra trecentos:  
ultimo enim eorum rex in sacris nominatur Da-  
rius Codomanus alias dictus, à quo regnum  
**Neb. 2, 22.** ad Alexandrum Magnum ejusq; successores  
translatum est. Probabile tamen est, eos non fuisse  
obscuros aut vilis conditionis homines, quemad-  
modum ex muneribus colligit Dn. Chemnitius,  
**Harm. Ep-**  
**ang. cap. o.** sed aut regulos aut coparchas ditianis Persicæ, qui  
tunc temporis Parthorum regi parebant, ut ait  
alicubi Strabo,

IX. Hoc ut probabiliter potest afferri, sic affirmare  
ita esse, temerarium valde est, non minus sancte  
quam pertendere tres tantum suis. Magos non  
plures, nec pauciores. Cum enim de his nihil pro-  
dat scriptura, malumus sententiam nostram expte-  
ximus, quam *ανεργάτες* incerta proferre:  
nam, ut inquit Thophyl. ἡ οὐ γένεσισ οὐ  
πάτερ οὐ δεῖ εἰτοζειν: & detestanda est impie-  
tas hominum quorundam superstitionibus dedi-  
torum, qui Magarum & Pastorum nominibus  
contra morsus serpentum abutu consueverunt,  
quemadmodum id ex autore quodam Graecocitat  
Casaubonus. Exerc. 2. §. 10.

四

X. De tempore quoq<sub>z</sub>, quo Magi Bethlehem venerint, non eadem est parum opinio. Epiphanius Hær. 52. putat exacto demum biennio eos ad adorandum Christum venisse, & cum eo consentit Beza. Idem Annot. in etiam videtur sentire autor oper. Imp. in d. l. Matth. qui traditionem seu potius fabulam hac hom.z. de re ex autore, ut ipse fatetur, apochrypho multis recenset. Hujus opinionis præcipuum est funda- mentum, quod Herodes infantes occidi jussit à bimatu & infra iuxta tempus, quod exquisiverat à Magis: ad hoc varie respondet Dn. Chemnitius, hom. 7. in nos cum Chrysostomo in genere dicimus, pavo- Matth. rem ac furorem Herodis pro abundantia cautionis & licentia persecutionis majus etiam tempus induluisse, ne quis ejus ætatis, aut is potissimum, propter quem alij essent interimendi, effugeret.

XI. Neg, etiam omnino absurdum videtur illorum conjectura, qui cum Chrysost. August. Theophyl. & alijs statuunt, stellam illam, quæ Magi viam in Iudeam præmonstravit longo intervallo Christi natalem præcessisse: cum enim signum fuerit natalis Christi, non debuit simul cum ea, aut post eam primum existere. quippe signum non præsentis, sed rei imminentis est. Et potuerunt ex constitutione stellæ fortasse colligere, ostento illo portendi, regem Iudeorum nasciturum, & natalem ejus in tempus adventus sui incursum: proinde interrogabant, πώς Τίνον ταχθεῖς βασιλεὺς. quod recens natum significare indicant Græce

linguæ periti. Exquisivit autem Herodes à Magis  
eam rem, quam sciebant, nempe tempus stellæ, non  
eam, quam quærebant, id est, nbi natus esset, quod  
dixit indicat Evangelista, v. 7. De nativitate vero  
cùm nihil certi ex illis potuerit expiscari, juxta  
tempus stellæ, quod ab illis exploraverat,  
lib. 6. de e- v. 16. pueros à bimatu & infra occidi jubet, non  
mend. iem- juxta tempus natalis Christi, quod ignorabat He-  
por. rodes. Vide Scaligerum.

XII. Hæc observatio ut est vero non absimilis, sic  
hoc certum est & indubitatum, Magos ante puri-  
ficationem Mariae venisse. Primo enim puerum  
Iesum in Bethlehem adorarunt, quo Ioseph & Ma-  
ria venerant, ut cum alijs gentibus stirps Davidicæ  
& nomina profiterentur. Lex vero præcipit puer-  
peram manere in sanguine suo quadraginta die-  
bus, & publico abstinere, proinde nefas ipsi fuit  
Luc. 12, 4. binc discedere, quam justos dies obierit, & ex Lu-  
ca constat, quod, cùm perfecissent omnia secundum  
legem DEI, reversi sunt in Galileam, neg. un-  
Cap. 2, 39. quam leguntur rediisse in Bethlehem.

XIII. Deinde hoc, quod diximus, confirmat textus.  
Nam verba τοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ innunt, non  
Matt. 2, 1. longo post tempore eos venisse, sed statim à nativi-  
tate, & hanc esse vim aoristi participi in Greco  
sermone annotat Casaub. ut simul denotet cele-  
ritatem temporis, atq; ideo Evangelista dicit Υπ-  
οντας, non γεννησεν, quorum hoc de per-  
fecta iam ante actione, illud de modo perfecta &  
adhuc quasi dependente usurpatur.

14. Atq;

XIV. Atq; hæc de Magi: quò vero ducet in Bethle- DE STEL-  
bem venerint. ipsi indicant v. 2. vidimus Stel- Læ.  
lam ejus in Oriente. Stella hæc magnifica  
fuit cœli lumen, quæ narraret gloria mun-  
di, quæ in ultatum virginis partum inusitato  
fulgore clamaret, cui non postea appa-  
renti Evangelium toto orbe succederet,  
inquit August. Ser. de Epiph.

XV. An naturalis fuerit, & una ex ijs, quæ  
ab initio à D E O create sunt, an vero superna-  
turalis, queri quoq; soler. Naturalem non fuisse  
indicant locus, duratio, & motus, neq; enim Chrysost.  
in etherea regione ut cateræ stellæ, fuit, sed in hom. 6. in  
aere terris vicino, alias proficiscentibus viam ac Matth.  
domum, in qua Christus esset natus, tam accurate Aug. lib. 2.  
designare non potuisset: neq; etiam ante vel post contra  
apparuit, nec solito stellarum motu circumacta Faust. Fulg.  
est, sed accommodavit se itineri proficiscentium. homil. de  
XVI. Non quidem diffitemur DEUM Opt. Max. Epiph. Da-  
facili negotio veram stellam e statione suâ remo- mas. lib. 2.  
vero, & ad officia hæc supernaturalia præstanda de fide c. 7.  
delegare patuisse, cum autem miracula ex nostro  
cerebro ita necessitatem non sint multiplicanda,  
statuimus potius non veram fuisse stellam, sed per  
similitudinem ita vocaram, quoniam stellæ specie  
apparuit, quemadmodum etiam Cometam stellam  
appellare solemus, & visiones ignotæ & lucidae Apoc. 1. 16.  
propter speciem & adparentiam in Scriptura se- cap. 8, 10.  
pe stellæ vocantur.

1718.30

bom. 6. in certi facile quis determinabit. Chrysost. conten-  
Matth. dit stellam omnino non fuisse, sed quandam invisi-  
bilem virtutem, plenam rationis, in specie syderis  
figuratam, cum quo consentiunt Euthymius &  
(a) lib. 3. Theoph. auctor oper. de mirab. S.S. (a) falsò  
cap. 4. Augustino attributi, vel Angelum, vel Spiritum  
S. stellæ specie apparuisse scribit sane illorum sen-  
tentiam, quæ angelum DEI specie bellæ prælæxisse  
Magus statuit, sicut olim columnam ignis populi Is-  
raelitici dux fuit simplicissimam esse, ait Dn.  
Psal. 104,4 Chemnitius, cum sepius angeli tanquam flam-  
mulæ ignis apparere dicantur. Probabilis ratus  
est, fuisse eam meteoron aliquod insolitum, non  
naturali, sed divinâ virtute ex materia subælesti  
& aerea in loco acris humili conflatum, quod non  
sui vi, sed vel angelis alicuius, vel DEI Opt. Max.  
regimine ferebatur.  
XIX. Stellam verâ hanc toto itinere Magos pra-  
ivisse placet Chrysostomo, putat enim usq; ad  
Palæstinam quasi itineris ducem semper apparuiss-  
e, & prope Hieros. lymam sese abscondisse, ac vi-  
cissim inde egressu ad Bethlehem prælæxisse. Con-  
trarium autem suaderi auctor operis de mirab.  
Tom. 3. Aug. sacræ Scripturæ, atq; ex textu quoq; colligi pos-  
lib. 3. c. 4. se videtur.  
XIX. Hac stellâ duce voluit DFus Magos ad Christum  
venire: cum enim rerum Astrologicarum es-  
sent studiosissimi, reliqua omnia præteriit reme-  
dia, & per ea illos vocat, quæ familiaria  
ipsis

ipsis consuetudo faciebat, mirâ quâdam dispensatione pietatis ad hominum descendens salutem, ut inquit Chrysost.

XX. Difficile verò dictu est, quomodo ex appari- Hom. 6.  
tione hujus stellæ colligere potuerint regem Iudeo- ir. Matth.  
rum esse natum, & quidem adeo firmiter, ut uni-  
nieri se accingentes & Hierosolymam venientes,  
non primum an esset natus, sed statim ubi esset,  
absq; ullâ hastatione investigarent. Sane nulla ex  
solo lumine naturæ aut principijs ex ratione deduc-  
tis consequentia hoc ipsis potuit suadere: neque  
enim sequitur, stella preternaturalis & ante hac  
non visa apparuit. Ergo Messias natus est. Neq;  
tamen in contrarium ita deflectimus, ut errorem  
eorum nostrum faciamus, qui opinantur nihil Magi  
constitisse de Christo futuro Messia, sed ex ap-  
paritione stellæ regem quendam politici sibi ima-  
ginatos fuisse, cuius benevolentiam & favorem ex-  
ternâ adoratione & muneribus in tempore value-  
rint sibi conciliare, cum potius perturbatio Hero-  
dis ac populi, potestas viventis adhuc tyranni, nec  
non vilu in vili diversorio nativitatū dubitandi de  
rege occasionem prabere potuissent? Extrinseca  
nuda erant omnia & egena, nihil ibi regium cor-  
poreis oculis occurrit, & quem tamen in tantâ  
paupertate viderunt, regem agnoverunt. Videli-  
cer alios perspicatores fidei oculos extraordinariâ  
& immediatâ divinitutis adjuti revelatione, intus  
deprehenderunt, quibus in paupere apparatu &  
parvo corpusculo regiam divinamq; majestatem,  
quasi

bil  
ne  
si-  
ris  
&c  
so  
m  
n-  
sse  
f-  
n-  
en  
on  
sli  
on  
z.  
e-  
ad  
is-  
pi-  
n-  
b.  
os-  
j-  
s-  
e-  
ia  
is

quasi lucem intra laternam aut Solem intra nubem tatem conspexerunt.

XXI. Nęg, etiam prorsus promissionum de futuro Messia Magi creduntur fuisse ignari. Unanimis enim serē patrum est consensus, eos ex posteritate Balaami originem duxisse, & vaticinum ejus traditione conservatum tenuisse, quod legitur Numer. 24, 17. Orietur stella ex Jacob, & consurget virga de Israel &c. atq; ubi exortam novam & insolitam viderint stellam memoris istius oraculi intellexisse, eam esse judicem iam natu-  
ri Messiae. Verum cū stella ex Iacob oriunda non tam illam quę Magis conspicuam se p̄abuit, quam ipsum Christum, (quippe qui Oriens ex alto, Luc. 1, 78. & Stella matutina, Apoc. 22, 7. appellatur) demonstret, multò est vero similius d̄ cere scripta Danielis aliorumq; Prophetarum, à captivitate Babylonica apud Persas fideliter fuisse asservata, & ex eorum lectione Magos de Messia edoc̄tos, ubi novam stellam exortam animadver-  
terint: non enim tantum in populo Iudaico, sed apud alias quoq; gentes extitisse biblia & legi so-  
litaria argumento est Eunuchus reginæ Candaces.

Act. 8. 28. Et de Daniele non dubitamus, quin Magis, in quo-  
Daniel. 1. rum schola educitus est, doctrinam de Messia pro-  
v. 16. posuerit, atq; ejus seminaria inter ipsos non vul-  
garia post se reliquerit. Tria igitur ad conversio-  
nem Magorum potuerunt concurrisse, 1. lumen  
naturæ, 2. supernaturalis DEI ex alto illuminatio,  
& 3. institutio Danielis traditione patrum ad  
ipsos

ipsoſ derivata, cum adiunctâ Prophetarum lectio-  
ne, ſi qui ad eorum manus pervenerint.

XXI. Hū impulſi Hierosolymam veniunt, quæ-  
rentes id, quod Iudaū putabant non incognitum,  
ubi natus eſſet rex ille, (ut articulus indicat)  
Judæorum, tamdiu promiſſus & expectatus,  
quod audiens Herodes tanquam amulius con-  
tremuit, timebat enim ne à natore rege vel ipſe re-  
gno pelleretur, vel filij ſucceſſione priparentur.  
Negat tantum rex, ſed & tota Hierosolyma  
cum eo turbata eſt, aut timore forſitan Roma-  
norū, aut quod metuerent, ne forte Herodes ira-  
tus Iudaico regi genus ejus vexaret. Nam quem-  
admodum certantibus ventis mare concu-  
titur, ſic regibus adverſantibus ſibi, popu-  
lus regni vexatur, inquit autor oper. imp. in

Hrm. 2.

Matth. Nibilo tamen minus ſibi ac rebus ſuis con-  
ſulti, fore putabat rex, exquirere locum nativi-  
tati hujuſ regis præfinitum: convocans itaq; con-  
cilium queſtionem proponit Pontificibus ac ſcri-  
biſ, ubi Christus eſſet naſciturus, qui licet verita-  
tis inimici, pro veritate coguntur legere literas, &  
Prophetiam de Christo neſcientibus interpretari,  
respondent itaq; locum fore civitatem Bethlehem:  
Voluit D E U S, inquit Auguſtinus, hoc à Ju-  
dæis inquiri, ut dum oſtendunt, in quem  
non credunt, ipsa ſuā demonstratione  
damnentur.

Mich. 5, 2.

Ser. de di-  
verſis 67.

XXII. Obiter hic notetur forma conciliorum in  
Ecclesia Israelitica: Herodes utpote magistratus  
ſupre-

*S*upremus exemplo Ezechie & Iosia convocat Pontifices & Scribas, tanquam capita ministerij Ecclesiastici, ijsq; proponit questionem, quam non auctoritate praetoria, neq; ex suo cerebro, sed ex verbo DEI definiunt, & quidem monstrato ejus loco. Utinam semper in Ecclesia ad exemplum hujus instituta fuissent, concilia minus litigij, foret internos & Pontificios, soli Papae omnimodam attribuentes autoritatem & jurisdictionem, majorq; quotidie veritati fieret accessio.

XI V. Peracto concilio Magos ad se vocari jubet Herodes, & locum ipsis indicat, quo nuncio læti ac

**De Adoratione** alacres in Bethlehem venerunt, & intrantes dormum invenerunt puerum cum Maria matre ejus, prostratique adoraverunt eum.

**Calv. in Evangel.** Adoratio hæc non fuit merè politica, ut cum Calvinus statuunt ejus affectæ, sed simul religiosa: nondum enim amplius lateat Magos, puerum hunc non hominem solum, sed & naturâ DEum esse, proinde non quasi homini tantum, sed etiam DEO auctori omnium supplicarunt honorum. Videat itaq; Lambert. Danæus, quo pacto sese ab hac impietate voluerit vindicare, quando inquit, carnem Christi simpliciter, non esse objectum veræ adorationis, imò maledictum pronunciat, qui carnem Christi quantumvis in unione consideratam, adoraret. Nobis sanctior est sacrae Scripturæ autoritas. Philip. 2,9. & unanimis Patrum consensus: Cyrillus Synodusque Ephesina in h. m. Si quis audet dicere,

**Can. 3.**

dicere, assumptum hominem coadordanum DEO  
verbo, ac non potius unā adoratione veneratur  
Immanuēl, unamq; glorificationem ei depen-  
dit, secundum quod verbū caro factum est, anathe-  
masit. Similia vide apud Athanasium (a),

Chrysostomum (b), Augustinum (c), & Da- (a) de in-  
mascenum (d). & alios. (b) carnat. (b)

XXV. Ex more quoq; Patriae suae obtulerunt Magi (per. Ep. ad  
munera non vulgaria, sed quæ in summâ apud Hebr. (c)  
ipsoſ erant existimatione, aurum videlicet, Thuse & Myrrham: nam non poterat quiquā reges Parthas serm. 58. de  
salutare sine munere, inquit Seneca Ep. 17. In his verb. Dom.  
autem mysticam quandam interpretationem non (d) de fide  
minus pie quam eleganter ostendunt Patres, quam orthod. lib.  
Poeta Christianus Juvencus hoc versu expressit; lib. 4. c. 3.

*Tibus, aurum, myrram regijs homi-  
nig; Deoq;*

*Dona ferunt.*

XXVI. Insignem nobis hæc, que hucwq; tracta- Medita-  
vimus, præbent meditationem practicam. i. de- tio pra-  
centur, DEum non tantum Iudaorum, sed ctica.  
& gentium esse DEum: quamvis enim in pecu- Rom. 3,29.  
lium sibi elegerat populum Iudaicum, nulli etiam  
nationi taliter fecerit, simpliciter tamen gentes  
non rejecit, sed semper ex ijs quosdam ad Ecclesiæ  
greuum vocavit, utpote ex Edomitis Job. (a), ex  
Midianitis Jethro (b), ex Moabitis Ruth, Ca (a) Job. 1.  
nanais Rahab, Assyrijs Ninivitas, In N.T. vero (b) Exod.  
infi-

infinita hujus extant exempla, ut ita non immo-  
ritur Christus vocetur Exspectatio Gentium,  
Gen. 49, 10. & Lux gentium, Luc. 2, 32.

XXVII. 2. Exemplo horum Magorum omnem ex  
animis nostris excutiamus torporem, surgamus  
mane & queramus Dominum, & quemadmo-  
dum illi, nisi procul propriam regionem reliqui-  
sent, nequaquam Christum videre potuissent, sic  
nos quoque a terrenis negocij & curis redamus;  
longo itinere curramus, ut ipsum videre possumus:  
& sicut illi stella dux fuit ad Christum, sic nobis  
verbum Dei lucerna sit, & faciem preferat via ad  
veritatem & vitam ducentis eternam: neque ap-  
pareamus in conspectu Domini vacui, sed offera-  
mus ipsi nos ipsos in obsequia sancta carnem no-  
stram crucifigendo, omnes anima cupiditates di-  
vini amoris gladio abscondendo, & intellectum ac  
voluntatem ad res cœlestes & eternas elevando,  
2. preces nostras odoramenta suavitatis, 3. facul-  
tates nostras, elargiendo ex ijs pauperibus, quan-  
tum fieri poterit.

XXIX. 3. Invictum nobis argumentum est pro-  
pria Iudeorum confessio, Messiam dudum ve-  
nilsse, Certum enim est, civitatem Bethlehem, in  
qua ex Michæl nasciturum Christum ostendunt,  
jam pridem funditus eversam & in cineres reda-  
ctatam, ac per consequens, impossibile esse, ut  
inde amplius expectari possit. Plura  
addere chartæ penuria vetat.

F I N I S.





